

*Wd. 67.*

73

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**FVNDAVENTO**  
**RETRACTVS DVPLICIS**  
**IN AGRIS**  
**HAMBVRGENSIVM**  
**VSITATI**

*Occasione art. 61. des Land-Rechts*

QVAM  
INDVLTV FACVLTATIS IVRIDICAE  
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE  
ACADEMIAE PRORECTOR  
DN. IVSTO HENNING. BÖHMER  
ICTO  
POTENTISS. REG. BORVSS. CONSIL. INTIM.  
PROF. IVR. ORDINARIO

**PRO LICENTIA**

SVMMOS IN UTROQUE IVRE CAPESSENDI HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

D. XVIII. SEPTEMB. MDCCXXII.  
H. L. Q. C.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SUBMITTIT

**CHRISTIANVS DRESKY**  
HAMBVRG.

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
Typis IOANNIS GRVNERI, Academ. Typogr.

ОГИЯМАСИЯ РУМ  
ДАРИКИЯ ТАТАРСКАЯ  
БИЛАКИЯ ДАРИКИЯ  
ДАРИКИЯ ОГИЯМА  
ДАРИКИЯ ОГИЯМА

INCLYTAE AC LIBERAE REIPVBLCAE  
HAMBVRGENSIS  
**MAGISTRATVI**  
AMPLISSIMO ET SPLENDIDISSIMO  
**VIRIS**  
*ILLVSTRIBVS, MAGNIFICIS,  
EXCELLENTISSIMIS, PRAENOBILISSIMIS,  
AMPLISSIMIS, AC CONSULTISSIMIS*  
DOMINIS DOMINIS  
**CONSVLIBVS**  
**SYNDICIS**  
**SENATORIBVS**  
**PROTONOTARIO**  
**SECRETARIIS**  
**ET**  
**ARCHIVARIO**  
**PATRIAEC PATRIBVS OPTIMIS**  
MVNERIS DIGNITATE SCIENTIARVM SOLIDITATE  
PRVDENTIAE SINGVLARIS PERSPICVITATE VIRTVTVM  
PIETATE IVSTITIAE ATQVE AEQVITATIS  
ADMINISTRATIONE  
**SPECTATISSIMIS**

DOMINIS  
MAECENATIBVS AC PATRONIS

OMNI HONORIS OBSERVANTIA ET CVLTV  
SVBMISSÆ ET OBSEQVIOSE  
DEVENERANDIS PROSEQVENDIS

HANC DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

IN  
PROMTISSIMAE VOLVNTATIS DOCVMMENTVM  
ET  
OBSEQVIL MONVMNTVM  
*PIE RELIGIOSE ATQVE DECENTER*  
DEVOTO CVM VOTO  
PROSPERITATIS OMNIGENAE  
FELICITATIS PERPETVAE  
FORTVNAEQVE AMPLISSIMAE  
DICERE DEDICARE ET CONSECRARE

SIMVLQVE

GRATIAM ET PATROCINIVM  
EORVM

*SIBI EXORARE  
VOLVIT DEBVIT*


AVCTOR

CHRISTIANVS DRESKY.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
*DE*  
**FVNDAMENTO  
RETRACTVS DVPLICIS  
IN AGRIS  
HAMBVRGENSIVM  
VSITATI.**

PROOEMIVM.



Timur hodie in Ger-  
mania duplice *iure* Duplex in  
Germania  
*communi, domestico* ius commu-  
ne, dome-  
sticum &  
& peregrino. Illo peregr-  
num  
*ius antiquum Germani-  
cum* indigit, cuius primaria pars  
A in

in *iure Saxonico* continetur: per  
hoc vero *ius Romanum* intelligo,  
quod, vbi, introductis Academiis,  
vniuersam peragrauit Germaniam,  
passim in iudiciis auctoritatem ac-  
cepit insignem. Vtrumque ius ta-  
vtrumque  
diuersas  
rationes  
babetmen proprias diuersasque habet ra-  
tiones, quarum confusio & com-  
binatio non potest non institutis  
antiquis Germaniae sumnum ad-  
ferre praeiudicium. Ponderan-  
dum vtique est, ius Romanum  
tantum esse receptum in *subsidium*,  
& quidem in primis iis in materiis,  
quae a Romanis ad Germanos sunt  
deuolutae, & antea iisdem fuerunt  
incognitae; quae autem ex pecu-  
liaribus Germaniae scitis depen-  
dent, vnice ex horum principiis  
esse aestimanda & decidenda. Et  
enim

enim hoc discrimen olim ab his,  
qui iurisprudentiam Germaniae  
excoluerunt, haud obseruatum  
fuisse, scripta publica docent, quod  
existimarent, omnia & quaevis  
Germaniae instituta ex iure Ro-  
mano, diuersis instructo princi-  
piis, illustranda esse, vtpote quod  
fere vnice tantum in Academiis  
traditum, inculcatum, & expli-  
catum est. Quanta vero confusio  
inde orta fuerit, meo non indiget  
testimonio, quum ipsa rerum ar-  
gumenta hanc satis superque com-  
probent. Longe prudentius cen-  
suit SCHILTERVS *in dedic. pr. jur.*  
*Rom. aiens: Fons & origo huius*  
*mali non aliis arbitror potest ostend-  
di, nisi defectus prudentiae ciuilis,*  
*quae sicut in Romanorum Ictis ex-*

A 2                    cellens

*non semper  
a Ictis ob-  
servatas*

*unde confu-  
sio insignis  
orta*

*cellens exsistit, ita in coniungendis  
legibus patriis atque peregrinis  
quam maxime requiritur.* Sicuti  
vero haec prudentia ciuilis iuris pa-  
trii & peregrini scientiam solidam  
praesupponit; ita ignorantia iuris  
patrii eiusque neglectus in Acade-  
miis in causa fuit, quod de con-  
iunctione harum legum earumque  
diuersa ratione solidum ferri non  
potuerit iudicium. Si retractum  
*maxime in retratu* eiusque singulares species in Ger-  
mania, & maxime in patria mea,  
vſitatas intueor, fere vnice in iure  
antiquo Germanico sedem suam  
habent, & a rationibus legum Ro-  
manarum abhorrent. Inde ergo  
eiuis iura petenda: inde aestimanda;  
non vero ex penu iurisprudentiae  
Romanae exornanda, id quod  
qui

---

PROOEMIVM.

---

qui more SVTORII, REINKINGII,  
TIRAQVELLI aliorumque fece-  
runt, magis hanc doctrinam de-  
prauarunt, quam illustrarunt.  
Qua de causa cum in animum in-  
duxerim meum, retractum dupli-  
cem, cuius fit mentio in art. 61. des  
eo Ham-  
burgensi in  
agris vfi-  
tato  
Hamburgischen Land-Rechtes hac  
inaugurali dissertatione excutien-  
di, & fundamenta eius euoluendi,  
meum vtique erit, fontes eius ge-  
nuinos, vnde manauit, in Germa-  
nia quaerere, & ex iis potiores  
conclusiones, tanquam riuulos,  
deducere. Id quod duobus capi-  
tibus expediam, quorum alterum  
occupatum erit in *retractus genti-*  
*litii* fundamentis; alterum vero  
in *retractu vicinitatis*. Vtriusque  
sententiam exprimit cit. art. 61. se-  
verba Sta-  
tuit.

A 3                quen-



quentis tenoris : Welleckehr een  
Erve verkopen will, de schall idt vor-  
heer Vader und Moder, und den  
negsten Fründen, und dem negsten  
Naber, da hee up watert, ankündi-  
gen, und so ferne desülvigen dat Erve  
innerhalb 2. Mandt nicht besprecken  
werden, mag hee idt unverhindert  
verkopen, woer heen he will, und  
schall de Koop stede geholden werden.  
Huius itaque legis hac dissertatio-  
ne commentarium dabo. — Faxit  
DEVS feliciter!

CAP.

**CAP. I.**

*De*

**Retractus gentilitii in agris Ham-  
burgensium visitati fundamento.**

**§. I.**

**I**us nostrum, quod Hamburgensi in districtu *Ius Hamburgense duplex* obtinet, est duplex, alterum quod ipsam *urbem concernit*, eiusque ciues & incolas obligat, vocaturque das *Stadt-Recht*; alterum vero, das *Stadt-Recht*, quod obtinet in agris seu villis in territorio Hamburgensi sitis, vocaturque das *Land-Recht*; Hae das *Land-Recht*, speciatim quidem recitantur in *art. I.* & comprehendunt die Undersaten wanhaftig in dem *Villi eius termini adseruntur.* werder / Utschlage / Ossenwerder / Mohrwerder / und Zinckenwerder / Mohrberg / Zaten / Barge / und Spaden-Lande. Sed non omnia loca in districtu Hamburgensi sita his recitatis absolui, plus quam manifestum est, cum incolae in *denen Ham- und Horner-Länder*, proxime ipsam urbem nostram attingentes haud referantur; adeoque saepe etiam dubitetur, vtrum illos ius hoc, agris datum, quoque obliget, prout infra declarandi, & de peculiari natura & ratione horum locorum *cap. seq.* commodior agendi locus erit.

**§. II.**

Iura ipsa tum *urbis* tum *agris* praescripta non *Non conuenient* proorsus conueniunt inter se. *Habent* quidem *fontem* *unt hanc iura* *quendam communem*, *vnde tanquam riuuli* *ubique* *pluri-*

*licet ex iure  
Saxonico an-  
tiquo fluant*

plurima fluunt, *ius scilicet Saxonicum h.e. antiquis-*  
*simum ius Germaniae commune; sed sicuti qua-*  
*libet ciuitas suas rationes peculiares habet; ita pau-*  
*latim propria quaedam iuri communi in singulis*  
*locis & sic etiam Hamburgi superaddita, quaedam*  
*pedententim immutata, quaedam etiam ex iure*  
*Romano recepta sunt. Ceterum iura antiqua Saxo-*  
*nium fontem communem legum Hamburgensium*  
*esse tum ipsa conuenientia earundem cum illis do-*  
*cet, tum in primis confirmat HELMOLDVS in*  
*Chron. Slavor. lib. I. cap. 47. apud LEIBNITIUM*  
*tom. II. rer. Brunswic. p. 577. aiens: tres autem sunt*  
*Nordalbingorum populi, Stormarii, Holzati, Thet-*  
*marzi, nec habita nec lingua multum discrepantes,*  
*TENENTES SAXONVM IVRA. Comple&ebatur*  
*olim dioecesis Hamburgensis hos tres populos, ut*  
*diserte IDEM cit. l. c. 6. testatur. Nam praeter ho-*  
*norem Metropolitanae sedis, qua omnes nationes siue*  
*regna comple&icitur aquilonis, habet utique Hammer-*  
*burgensis ecclesia praescriptos terminos suaे parochiae,*  
*VLTIMAM SCIL. PARTEM SAXONIAE, quae*  
*est trans Albiam, & dicitur Nordalbingia, continens*  
*tres populos, Tethmaros, Holtatos, Stormarios,*  
*Vltimam ergo partem Saxoniae dioecesis Hamburgensis complecti dicitur, adeoque non dubitandum,*  
*quin, quod vrbs cum agris in terra Saxonica, & ul-*  
*tima quidem parte Saxoniae, sita fuerit, & iure com-*  
*muni Saxonico quoque vsa fuerit, quod etiam prae-*  
*ceteris inter nostros ciues illustravit, variisque te-*  
*stimoniis ostendit doctissimus D. MATTHAEVS*  
*SCHLUTERVS vom Erb-Recht der Ehe-Leute tum*  
*in prooemio §. 155. seqq. tum iii. II. & III. Ex hoc*  
*fonte*

fonte itaque etiam in dubio ius vtrumque tum quod  
in vrbe tum quod in *agris* Hamburgensium obtinet,  
explicandum, quatenus eidem conueniunt, & ratio-  
nes suas inde petunt. Ipsa tamen iura, des *Stadt-*  
*und Land-Rechts*/ in peculiaribus suis scitis vltra  
suum districtum & suos terminos haud extendenda,  
adeoque ius agris datum nec ad vrбem trahendum,  
nec temere huius peculiaria scita agris applicanda;  
vt praelaudatus *SCHLVTERVS loc. cit. tit. 3. §. 18.*  
*sqq. docet.*

*Ex hoc iure  
Statutum  
Hamburgense  
explicandum.*

### §. III.

His praesuppositis facile liquet, me hic po- *Retractus de-*  
tissimum sollicitum esse de *retractu in agris vstitato*, *nominatio*.  
*Retractus a retrahendo* dicitur, eodem modo vt  
*contractus a contrahendo*. Est autem *retrahere*, rem  
ad se ab alio, qui in ea ius praetendebat, rursus re-  
uocare, id quod quidem ex vario fieri potest iure,  
potissimum autem in sensu iuridico ex iure cuius-  
dam *preferentiae* vel in *consanguinitate* vel in aliis  
fundatae causis. *STRYK de success. ab intest. diff.*  
*VI. c. I. §. 2. vulgo das Nher-Recht / das Ein-*  
*standts-Recht*. Dici alias etiam solet ius *περικύρωσις*,  
quod tamen praedicatur primario de *preferentia*,  
*quae per pactum venditori est speciatim referuata*. Est  
enim *retractus* potissimum duplex vel *conventiona-* *et duplex vel*  
*lis vel legalis*. Ille per *pactum*, hic per *legem* vel *conventiona-*  
*statutum* constituitur. Ille tantum operatur, vt  
re adhuc integra, vel ea re nondum tradita, *preferentiam*  
prior venditor, qui hoc ius sibi reserua-  
uit, *prae extraneo* sibi afferere, & *praetendere*  
possit, vt res vendenda sibi potius quam extraneo  
vendatur pro eodem pretio; non autem *praebet*  
facul.

facultatem rem reuocandi a tertio possessore, cui iam tradita est, quod ea pa<sup>c</sup>torum non sit efficacia, vt contra tertium possessorem agi possit, sed tantum promittentem obliget. Diuerſa vero *retractus legalis* ratio est; haec enim non tantum ius, quod adductum est, tribuit, sed etiam concedit facultatem rem a tertio, cui iam tradita est, reuocandi, quod legis dispositio potentior sit pa<sup>c</sup>torum obligatione.

## §. IV.

*Inter species legales retractus nostrum agris concessit, & quidem ex iure consanguinitatis, vi cuius proximi consanguinei res immobiles extraneo venditas reuocare & praetendere possunt, vt sibi potius vendantur iisdem cum extraneo initis pactis, eodemque prorsus pretio. Natales huius iuris, quod *retractum gentilium* vulgo vocant, obscurarunt admodum Dd. fluctuan- Romanis non diu cognitus sententiae & opiniones. Apud Romanos tale ius olim obtinuisse indicat L. 14. C. de contrah. emt. & vend. quae docet, ante VALENTINIANI iunior. & THEODOSII M. tempora proximos confortesque extraneis in emtione praelatos fuisse. Enim vero non diu in republica Romana id viguisse multa demonstrant. Sub gentilibus Imperatoribus eius usus non fuit, vt DIOCLETIANI constitutio relata in L. 3. C. de commun. rer. alien. docet. CONSTANTINVM primum fuisse arbitratur IACOBVS GOTHOFREDVS in comment. ad l. 1. C. Theodos. de contrah. emt. vend. qui exemplo forsitan legis Mosaicae inductus hoc in Christianam Rempublicam introducere studuit. Sed non diu stetit viguitque praedicta lex, quam anno 391. sustulerunt Imper-*

Imperatores ex ea ratione, quia grauis haec videatur iniuria, quae inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur intuiti, reductus a Constantino. Porphyrogeneta

Antiquarunt vero rursus hanc legem seculo X. CONSTANTINVS Porphyrogennera, & ROMA-

NVS Lacopenus in Nov. I. quam recitat LEVNCLAVIVS in iure Graeco-Romano tom. II. p. 139. particula-  
lam vero eius refert HARMENOPVLVS in prom-  
tuar. iur. ciu. l. III. tit. 3. n. 118. Certus ordo in hac  
Nouella est praescriptus iis, quibus praerogatiuam  
concesserunt, vt in re communi (I.) preeferantur  
proximi cognati: (II.) cognatis communionem  
non habentibus, socii: (III.) post hos qui tantum  
permixti sunt, h. e. quorum fundi quodammodo  
inclusi sunt fundis venditis, vel ita ab his circum-  
dati, vt non commode separari queant: (IV.) Post  
hos simul censiti, seu quotquot sub eodem censore  
perscripti sunt & in censum publicum relati: deni-  
que (V.) vicini. Inde vero recte infert GOTHO-  
FREDVS cit. l. ius hoc non cognationi fuisse datum  
sed confortio, permixtione & viciniae; adeoque ad  
illustrandas natales retractus gentilium nihil facit.

## §. V.

Aliunde ergo fontes huius iuris sunt petendi. Non sicut ex iure canonico

Si consulimus interpretes, incertis vt plurimum nauigant procellis, ita vt parum subsidii nobis sup-  
peditare videantur. Quidam prouocant ad ius ca-  
nonicum, quo hoc ius approbatum est in c. 8. X. de  
refit. in integr. Enim vero consuetudinis municipii  
Parrofensis ibidem fit mentio, qua hoc ius appro-  
batum erat, quae ad Germaniae praxin nihil omnino  
confert. Tantum id euincit hic textus, ius hoc  
non

non adeo iniquum esse, sed consuetudinem, vbi haec viget, obseruandam. Alii ad fauorem *familiae* prouocant, constituentes, *cognitionis & proximitatis* habendam esse rationem: statutum cognitionis causa introductum fauorable esse: & consuetudinem retractus tanquam generis, familie, nominis & domus conseruaticem fouendam: satis lugubre & deplorandum fore, videre paternas & auitas domus, ac antiqua maiorum prædia in extraneas peruenire manus: in his etiam, quae fuerunt maiorum nostrorum, nos esse exterris singulari quadam in eos affectione praeferendos.

*SUTORIVS de retractu thes. 3. 4. II. TIRAQVELL. de retractu linear. in prefat. p. 8. n. 36.* Conglomerat plures alias iuris rationes *TIRAQVELLV* cit. l.n.37. sqq. quae rebus maiorum fauere videntur, veluti, quod mandatum procuratori datum repudiandi, non trahatur ad res maiorum: quod sola prohibitio, ne res maiorum alienetur, sufficiat, licet nulla prohibitionis causa addatur: quod, vbi agitur de remittenda quantitate debiti, suffragia consanguineorum praferri debeat extraneis, & quae sunt aliae huius farinae assertiones.

## §. VI.

*Fauor familiæ aut affe-* Omnes itaque hæ rationes fundantur vel in *familiæ aut affe-* *consanguinitatis* vel in peculiari *affectionis ratio* *per se non vincunt ius constitutum*, nec necessitatem tale ius constituendi, sed vel *suaforiae* tantum sunt, quibus legislator moueri & induci posset ad tale ius introducendum, vel *injustificæ si tale ius constitutum est*, quibus demonstratur, non inique retractum consanguineis concessum

sum esse. Enim uero de eo non quaerimus, quid constitui possit? nec in quaestione est, an tale ius rationabile sit? sed potius in *originem & fundamentum adaequatum*, quo apud Germanos tale ius constitutum est, inquirimus, quod in huiusmodiratiunculis certe quaeri non potest. Si magnus est fauor *consanguinitatis*, non leuis quoque est fauor *fidei* datae, & contractuum seruandorum curae: *affectione* sola nemini ius tribuit perfectum praeextraneo, & quae a **TIRAQVELLO** sine iudicio accumulantur assertiones, rem non explicant, sed vaga collectanea suppeditant, ex quibus nulla certa conclusio in hac doctrina neci potest.

## §. VII.

Quidam recurrunt ad mores gentium communes, animaduertentes, simile ius retrahendi apud plures gentes hodie obtinere, quorum non nullos memorat **ANDREAS TIRAQVELLVS** cit. bent l. in praef. num. 1. Imo adeo antiquitate sua se se hoc ius commendare ait **REINKING** de retrahitu consangu. qu. 1. n. 9. sq. vt iam eius natales in politia <sup>Nec mores gentium certi</sup> Iudaica reperiantur, & ita legum diuinarum auctoritate praefulgeant. **Lev. XXV**, 25. **Ruth. IV**, 4. **Ier. XXXII**, 7. sq. Ab Hebraeis postea ius idem transiisse ad Graecos & ab his ad Romanos peruenisse, rursusque a Romanis aliis gentibus communicatum & inde factum forsan fuisse, vt in *ius gentium* fere mutatum fuerit, idem docet. Plura in hac relatione supponuntur erronea & fabulosa. Non enim statim juris gentium dici potest, quod apud plures gentes receptum. Ius tale rectius *civile plurium gentium* dici posse ait **GROTIUS**, quod

vel vna gens ab altera simile ius receperit, vel tantum simile ius esse videatur, cum tamen non sit *iuris Iudaici* idem. In Republica Iudaica *ius relutionis* praescriptum, peculiares suas rationes, a nobis prorsus alienas, habebat. Ad leges fundamentales huius Republicae *lex agraria* spectabat, cuius primario capite cautum erat, ne fundi in perpetuum alienari possent. Qui necessitate adacti alienauerant agrum, illum redimere poterant, ut ad veteres dominos transiret. Si inops autem dominus redimere alienatum fundum non poterat, agnati suo aere illum intra annum reluebant. Imo *annus Jubilaeus* tandem omnia pauperibus restituebat, ne paucorum avaritia omnia ad se raperet, pauperes vero opprimerentur, quorum magnam curam DEus habuit. Non inepte censuit LEIDEKKER de *republ. Hebr. lib. V.c. II.* magis vsum fundorum eorumque fructus venditos fuisse, quam *plenam proprietatem* alienatam, cuius alienatio erat nulla. Et haec quidem iuris Hebraici rationes ostendunt, singulares admodum huius retractus fuisse conditio-nes & circumstantias, aliis gentibus haud communes. Quis ergo sibi aliisque persuaderet, ab his ad Graecos, & horum propagine ad Romanos aliasque gentes idem ius peragrasse, cum ne quidem idem ius gentes, quibus *ius retractus* vfitatum fuit, habuerint. Habuere Germani sua propria instituta, ex quibus ius reliundi proximiiori indulgebant, non eodem cum Hebreis modo. Imo antequam ius Romanum, secundum quod ne quidem retractus, nisi breui admodum tempore vsum habuit, Germanis obtruderetur, ex legibus domesticis iam praxin

praxin retrahendi exercuere, & ex eodem fonte  
hodie quoque idem ius in viridi est obseruantia.

## §. VIII.

Rursus alii recurrent ad constitutionem Nec peti pos-  
**FRIDERICI s. Feud.** 13. § 14. relatam, quae agit de est hic retrah-  
iure retrahendus. De eius autem obseruantia & usum ius ex consti-  
pluribus disputat **REINKING**. cit. l. n. 23. tutione Frido-  
quamquam haec contentio meo iudico satis otiosa  
fit. Legem enim hanc Italiam fuisse quis igno-  
rat? Non ergo quaeritur, an in Italia usum habue-  
rit, sed an Germani fontem sui iuris, quod in re-  
trahendo exercent, petere exinde debeant. Hoc  
ius Germanis iam usitatum fuit, antequam **FRI-  
DERICVS** hanc ederet constitutionem, nec quod  
ius Italicum datum, Germanis quoque datum fuisse,  
asserendum est. Denique quid inconvenientius est,  
quam fundamenta huius iuris petere ex Italia, cuius  
propriam rationem ab omni aevo Germania habuit?

## §. IX.

Tandem plures eo dilabuntur, ut censeant, Nec denique  
**non iuri communi** aut **constitutionibus Principum**, sed debetur Stas-  
**consuetudinibus** & **Statutis locorum** illud vnicce adscri-  
bendum esse. **GAIL**. lib. 2. obs. 19. n. 1. **BERLICH**.  
**P.** 2. concl. 39. n. 12. Rationes qui ita subducunt,  
1.) in eo errant, quod opinentur, tantum ius Ro-  
manum esse **ius commune**, quem errorem iam du-  
dum alii profligarunt, cum **ius Germanicum anti-**  
**quum** in sensu potentiori **ius commune** censendum sit.  
2.) Etiam **consuetudinibus**, maxime **vniuersalibus**,  
suae rationes sunt, quae potissimum ex moribus &  
institutis populorum **vniiformibus** nascuntur. Haec  
ergo indaganda, haec euoluenda, vt **consuetudi-**  
**num**

num Germanicarum sua stet certitudo & auctoritas. 3.) Statuta primario quidem in hac doctrina respicienda, quae hoc ius varie determinant, & pedetentim plura in eo innouarunt, & murarunt, prout particulares ciuitatum rationes id postularunt; ast ex quo fonte haec statuta profluxerint, primario indagandum erat. Sunt in plerisque Germaniae ciuitatibus statuta de *successione coniugum* & certa iis assignata portione ex communibus coniugum bonis, quae *causam communem* habent, fundatam in *communione bonorum* inter coniuges, olim per totam Germaniam vfitatam. Hoc itaque fundamento adstructo, huius statuti sensus perspicuus est, omnesque inde resultantes difficultates superari possunt. Pari etiam ratione statuta de hoc *retractu uniuersalem causam* agnoscere debent, cum conclamatum sit, vix deesse prouinciam, in qua eius ratio non habeatur.

## §. X.

*Germani in immobilibus primarium constitutere patrimonium sunt vel acquisita vel hereditaria*

Qua de causa perueniamus tandem ad ipsa *instituta Germaniae antiqua*, quae originem huic iuri dedere. Bona, vt notum est, sunt vel *mobilia* vel *immobilia*. In his primarium Germani patrimonium constituerunt, operamque dederunt, ne temere alienarentur. Mobilium non aequa curam habuerunt, vt pote quae vel facile consumuntur vel ea affectione tamen, vt immobilia, non appetuntur, vti optime obseruarunt illustr. DN. THOMASIVS *in select. feud. §. VI. p. 13. sq. & DN. SCHLVTER* *vom unbeweglichen Güthern P. I. l. 1. §. 5.* Immobilia maiores in duas distinxerunt classes; nempe quod essent vel nouiter *acquisita* vel *hereditaria*. Illa dicuntur,

dicuntur, quae a praesente possessore nouiter acqui-  
sita sunt titulo singulari legitimo; vid. COTHMAN.  
vol. 1. resp. 38. vol. 2. resp. 12. n. 13. quae enim titulo  
vniversali, vel simili, sunt potius hereditaria di-  
cenda. Iure patrio Hamburgensi P. III. tit. 1. §. 7.  
haec bona euidenter satis distinguuntur. Und wird <sup>distinctio de-</sup>  
diffalls für Erbgut gehalten und genennet / nicht <sup>claratur ex</sup>  
allein was jemand von seinen Eltern oder nechsten <sup>Statuto Ham-</sup>  
<sup>burgens</sup> Freunden durch tödtliche Fälle angeerbet / sondern  
auch / mit was Gute die Eltern ihre Kinder / oder  
die nechste Freunde ihre nechste Erben / bey derosel-  
ben Wollmacht berathen und ausgesteuert haben.  
Aber was sonst aus sonderlicher Kunst und Zu-  
neigung gegeben wird / oder durch Vernunft und  
sorgfältige Arbeit von jemand erworben / das darf  
man für kein Erbgut rechnen oder halten. In an- & antiquis  
tiquis diplomatibus saepius vtriusque patrimonii <sup>formulis</sup>  
iniicit expressa mentio, certo indicio, Germa-  
nos, Gallosque distinctionis huius admodum ra-  
tionem habuisse. In formulis MARCVLFI lib. I.c.  
12. tres bonorum species referuntur: 1.) quae aut  
munere regio 2.) aut de alode parentum, vel 3.) vn-  
decunque ad praefens tenere videntur. Prima spe-  
cies *feudalia*, secunda *hereditaria*, tertia denique  
acquisita denotat atque innuit. IDEM lib. II. c. 7.  
itidem distinguit facultates, tam de alode, quam de  
comparato & post pauca ita differit: dono tibi omni  
corpore facultatis meae ubicunque, undeunque, tam  
de hereditate parentum, quam de comparato vel quod  
pariter laborauimus. In praecepto CLODOVEI, ut & capitu-  
quod recitat CAROLVS COINTIVS tom. 1. Annal. laribus.  
Franc. eccles. ad ann. 496. n. 3. p. 173. sqq. fit mentio  
bono-

bonorum, quae hereditate vel iudicio fuerint delegata, tam ex munere nostro (regio) quam de paterno & proprio vel in reliquum de comparato. In CAROLI calui capitul. de anno 860. tit. 31. c. 7. apud BALVTZ. tom. II. capit. p. 144. eadem distinctio occurrit: & illorum alodes de hereditate & de conquistu. Similiter tit. 32. c. 4. p. 145. alodes illorum quos de hereditate & de tali conquistu qui de nostra donatione non venit, habuerunt. Itemque lib. 1. formul. iam alleg. MARCVLF. c. 33. p. 392. tam quod regio munere perceperat, quam & quod per venditionis, donationis, cessionis, commutationis titulum vel de alode parentum possidebat. In append. Formul. p. 461. c. 46. Quidquid ex accessione parentum aut ex contractu habebat & c. 47. tam ex alode parentum meorum, quam ex meo contractu mihi obuenit & c. 49. p. 463. omnes res meas, tam ex alode parentum, quam ex meo contractu mihi obueniunt. Item c. 52. p. 464. tam de alode quam de comparato vel de quolibet aditratu.

## §. XI.

*Alode olim bona hereditatis denotauit alode, quatenus comparato opponitur, bona hereditatis denotare, quamvis generalior acceptio non nunquam queuis propria bona, feudalibus opposita, complectatur. Simili ratione etiam in idiomate nostro bona hereditaria variis appellationibus vniunt. Nam (I.) vocantur Stamm-Güther / cum anstammen idem sit ac erben / iuxta vulgatum illud: Was einmahl in den Stamm gekommen muß bey den Stamm bleiben. Ius Electorale Saxonicum hoc alludit P. II. c. 12. Stamm-Güther sind solche Güther / welche der Donator nicht selbst acquiriret oder*

oder erlanget / sondern die von seinen Vorfahren  
als Groß-Vater und dergleichen gewonnen / und  
von denselben ihren Ursprung haben. Rursus P.  
II. const. 31. Gedoch das unter Stamm-Güther diese  
verstanden werden / die nicht von Eltern allein / son-  
dern von Groß-Eltern gekommen. Non ergo I.) bona  
fideicommissaria tantum, vt censuisse videtur KNIP-  
SCHILD de fideic. famil. cap. I. n. 12. sqq. nec 2.) bona  
agnatica hac appellatione veniunt, vt IDEM c. 9.  
n. 5. sqq. statuisse videtur; sed quandoque tantum  
gentilitia in masculos solum transitoria, quandoque  
in genere hereditaria denotant. (II.) Vocantur et-  
iam *uāj ēoxn eigen* / eodem sensu, quo *alode pri-* Eigen  
*mario bona hereditaria* significat, vt antea monui.  
Occurrit in hoc sensu lib. I. art. 34. *sein eigen h. e.*  
*alode*, bona auita, hereditaria.

## §. XII.

Nostro iure Hamburgens. talia bona (III.) Erb-Güther  
vocantur Erb-Güther / vt docent art. 4.5. 6.7.8.9.  
10. P. III. tit. I. Videlicet quod iure hereditario ac-  
quisitum vel *quasi hereditario*, nam etiam in *dotem*  
data *huc* pertinent, die *Aussteuer*. Latior est ap-  
pellatio vocis Erbe/ quae in primis bona immobilia,  
quocunque modo acquisita, denotat, vt ostendit art.  
3. P. II. tit. VIII. Stat. Hamb. *Wer sein Erbe / es sch*  
*Brau- oder Wohn- Haus / so er geerbet / befreiet*  
*oder auch mit seinen wohlgewonnenen Gelde an sich*  
*gebracht / verkauffen will &c.* In cod. MS. Stat.  
Hamb. antiquissimo, quem Illustr. Dn. Cancellarius  
huius Academiae a LYD WIG possidet, & mihi be-  
nigne; communicauit, dicitur: tit. vom Erbe/  
Egen n. lit. G. art. 1. *So wol sin ERBE/ dat*  
C 2 ehme

vox Erbe la-  
tior est

ehme nicht angeeruet is/ verkopen will &c. item  
tit. cit. art. 5. So wort ein Man este Fruwe ERBE  
kopen &c. Neque vero tantum praedia urbana vo-  
cantur Erbe/ sed etiam *rufica*, vt docet Dn.  
SCHLVTER von unbeweglichen Güthern P. 1. tit. 1. p.  
23. Vnde etiam beerbte Bürger alibi vocantur pos-  
sessores rerum immobilium, Güther die jemand erb-  
und eigenthümlich zu gehören.

## §. XIII.

Vsum cuius distictionis  
quaesuerunt Germani in alienandi facultate  
hereditaria familiae re-  
seruata

Discrimen horum bonorum primario quae-  
sum fuit in alienatione eorundem, quae quidem li-  
bera fuit in *acquisitis*, negata autem vel saltim re-  
stricta in *hereditariis*, ad minimum ne sine heredum  
*consensu* alienentur, secundum antiquum iuris pro-  
uerbiū: *Was einmahl in den Erbgang gekom-  
men / soll in denselben verbleiben.* Studuerunt in-  
primis Germani, ne *bona hereditaria* heredibus le-  
gitimis subtraherentur, & in primis agnatis, pro  
quorum conseruatione admodum solliciti erant.  
Imo olim ne quidem filiae in iis succedebant sed ex-  
cludebantur. In lege Ripuar. 3. tit. 56. ita cauetur:  
*Sed dum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem  
auiaicam non succedat, h. e. in bona hereditaria als  
väterliche Stamm-Güther.* Docet idem MAR-  
CVLFVS in Form. l. 2. c. 12. diuturna, sed impia,  
inter nos consuetudo tenetur, ut de terra paternas oро-  
res cum fratribus portionem non habeant. IDEM cit.  
l. c. 10. dum § per legem cum ceteris filiis meis, auun-  
culis vestris, in alode meo (quod primario *bona heredi-  
taria* denotat) accedere minime potueritis; quibus  
verbis indigitabat, filiarum liberos cum suis auun-  
culis seu matris fratribus succedere per legem non  
potuisse

potuisse in bonis hereditariis. Acquistorum diuersa acquisita libe-  
rat ratio, quae liberae dispositioni possessoris re-  
linquebant, quod nondum heredibus legitimis in iis  
iis effet quaesitum, & quibus demum in ea ius ac-  
quirebatur, iure hereditario. Vestigia huius iuris  
antiqui in multis supersunt locis, maxime inter no-  
biles immediatos, imo & mediatos, quod vel ex iure  
Bremensi nobilium liquet adducto a B. STRYK. in vñ  
mod. tit. de suis & legit. hered. §. 3. secundum quod  
die Erb-Stamm-Güther tantum ad agnatos, & in ho-  
rūm defectū demum ad cognatos deuoluuntur; ac-  
quisita vero ad liberos utriusque sexus. Ius Roma-  
num, quod distinctionem inter agnatos & cognati-  
nos sustulit, hinc inde plura innouauit, efficitque ut  
in plurimis locis bona hereditaria indistincte here-  
dibus legitimis obueniant, nec sine horum consen-  
su alienari queant.

## §. XIV.

In iure Saxon. Provinc. lib. I. art. 34. ius antiquum Iuris Saxonici  
repetitum Ane des Richters Orloff mach eyn dispositio de  
Mean sin egen wol vergeuen mit Eruen Ge- bereditariis  
losste / h. e. cum heredum consensu. Porro lib. non alienandis  
I. art. 52. Ane Erven Geloff / und ane edte Dinct/ absque here-  
mot nyman sin Egen noch sine Lide geven. Ge- dum consensu  
vet he id weder Recht ane Erven Geloff / de Er-  
ven underwindens sick mit rechtien Ordelen / also  
ost he dot wer (quasi mortuus esset) de dat gaff / so he  
is nicht geven en mochte. Alle varnde have gevet eyn  
Mann ane der Erven Geloff &c. Sic itaque bona  
mobilia facilius alienari possunt quam immobilia,  
quod etiam Serenissimus Legislator Saxoniae Ele-  
C 3 ctora-

etoraliſ P. II. Conſt. 12. repetiit. Wie den aus eben dieſen Ursachen das Sachſen-Recht ſo von unbeweglichen Gütern redet / auf die beweglichen nicht zu erſtreichen. Iure etiam patrio Hamburgensiſ antiquum Germaniae retentum & libera quidem dispositio de bonis acquiſitiſ non item de hereditariiſ permitta est. Exprefſe enim P. III. Tit. I. art. 4. ita cautum eſt: Ferner mag ein iſlicher / er ſey gesund oder frane/ doch bey guter ungeschwächter Verumſt/ in ſeinem Teſtamente/ welches er obgeſetzter maſſen verordnet / ſeine wohl gewonnene Güther / nach Abziehung der Schulden hingeben / wie und wem er will / ohne einzigen Einspruch und Hinderniſt / aber vom Erb-Gut iſt niemand / verminige dieser Stadt-Rechten / ohne ſeinern Nechſten Erben Erlaubniſ oder Bewilligung zu teſtiren bemächtigt / ſondern daffelbe ſeinern rechten Erben ungeſchmälerzt zu laſſen ſchuldig. In re ipſa quidem ius noſtrum ſtatutarium cum iure Saxonico antiquo conuenit; in eo autem tantum diſcrepat, quod de acquiſitiſ libera relicta permiſſaque poffessori dispositio er ſey gesund oder frane/ id quod ex iuriſ Romani principiis ſuperadditum eſt. Nam iure Saxon. I. I. art. 32. infirmus & aegrotus nihil amplius donare poterat, quod pluribus explicauit ill. Dn. a LVDEWIG in Differ. iur. Rom. & Germ. de donation. p. 96. Declarantur vltterius iuriſ antiqui ſcita in art. 5. tit. I. P. III. Stat. Hamb. Hätte auch jeſmand Erbgut empfangen/ und darzu Gut gewonnen / ſo foll und mag er ſeinern rechten Erben zufehren / ſo viel er zu Erb empfangen / oder mehr / ob er will / und das übrige hinwenden und geben / wo hin

hin es ihm beliebet und gefällig ist. In Codice MSCto supra laudato Tit. Vann Betruwinghe und Erffschichtinghe lit. I. art. 6. idem etiam prouisum paulo specialius: Allerhande Erve este gude/ dat einem Manne ahnsallen mach/ edder antället van sinen Oldern este Fründen/ dat hett/ Erffgut/ und welcken Manne so dane Gude ankumpt/ de nicht hoch genoch tho Stadt-Rechte is beseten/ de mach dat nicht verkopen/ edder in Liffzedinghe ke- ren/ ahne siner rechten Erven Bulbordt/ und de dat gude van sic andtwordet/ te schal ok weten/ wor dat gude werde belecht up dat ist den rechten Erven nicht werde entferdiget. Porro l. c. art. 18. So wann ein Mann sin Dingk berichten will/ he sy gesund este krank/ de shall sine schuld allererst gel- den/ darnegest heft he wol tho gevende dorch Gott und sinen armen Fründen/ so vell he will/ und dat shall he geven van sinen gewunnen Gude/ In Glossa MSCta haec adduntur: Wente Erffgude schal wedder tho den Erven kamen/ den he dat nicht entfrembden mach/ wo in mehr steden vorclaret werdt/ und dat Landrecht in veilen Artikeln mit- bringet/ und sünderges im anderen Bocke c. 91. Derhalwen dat sulvige Bock an mennigen steden be- schedet/ dat man der Seele ehr deel geven shall van varender have. Wo dat den wer dede van Erffgude ahne Willen der Erven/ de dede dufft/ in deme he nicht geve/ van dem sinen/ sündern van eines andren Gude. Et recte ita explicat Glossa- tor ius nostrum ex-iure communi Germanico seu Sa- xonicō, indeque refert, eum qui de hereditariis ali- quid in alterum transfert, magis de alienis (quod secun-

secundum quid accipiendum) quam de propriis di-  
sponere.

## §. XV.

*Consensus in-  
ris Lubecensis,*

Conspirat etiam cum hoc iure nostro ius Lu-  
becense, vt pote quod eundem cum statuto nostro  
fontem habet. De bonis enim acquisitis lib. I. tit.  
10. art. 3. ita cauet: Hat ein Mann wohl gewonnen  
Guth / es seyn liegende Gründe oder stehende Erbe/  
welches ihm in den obrißten Stadt-Büche als er-  
kaufst Guth zugeschrieben stehet / der mag damit sei-  
nes gefallens gebahren nicht anders als mit seiner  
fahrende Haabe / doch so ferne er zu Wege und  
Stiege gehet / und seiner Sinne und Gliedmassen  
mächtig ist nach Lübischen Rechte. Quoad heredi-  
taria vera ibidem art. 6. libera dispositio possesso-  
ribus est ademta: solch Erbgut mag man ohne der  
Erben Erlaubniß nicht alieniren, es erforderet den  
solches / die äußerste Ehrhaftte- Noth. Dem nun  
das Erbgut zugehört/ muss bey seinen Eyde daß  
er sonst kein ander Guth habe/ darzu er greissen  
köme/ versichern. Wenn solches geschiehet/ so ha-  
ben die nächsten Erben den Kauff daran/ wenn sie  
wollen/ doch vor so viel Geld / als fremde dafür  
geben wollen.

## §. XVI.

*Hereditaria  
alienata sine  
consensu here-  
dum, reuoca-  
ri poterant a  
proximiiori*

Haec iuris Lubecensis dispositio proximius ad  
iuris antiquisca accessit eorumque mentem assécu-  
ta est. Ratio autem horum bonorum peculiaris  
haec erat, quod alienare inuitis proximis cognati  
non possent: si fieret alienatio erat ipso iure nul-  
la, vt recte censuit MEVIVS ad cit. l. n. 82. & ill.  
Dn. a LVDEWIG, cit. l. p. 99. §. 7. illustravit. Vnde  
etiam

etiam nec *retractu* hoc casu opus erat, sed simpliciter res vindicari, & quidem *statim*, poterat, quasi alienans foret mortuus, vt ius Saxonicum antiquum rationes subducit, & idem repetit *ius Lubec. P. III. tit. VII. art. 2.* Wäre ihm das Haus oder Erbe von seinen Verfahren angeerbet, so kan er dasselbe ohne seiner Kinder- und Erben-Laub/ nicht veräußern/ sondern es muß bey dem Erbgange bleiben. Excipiebant tamen casum *necessitatis Germani & quidem excepto necessitatibus casu* optima ratione, quod debiti soluendi vel alterius necessitatis exstare posset casus, quem euitare horum bonorum possessor non posset, quo casu admodum durum fuisset, ita constringere Dominum, vt egere nosceretur, praesertim cum casus necessitatis omnem dispositionem limitaret. Ne tamen, quod familiae quaeftum erat, ius interuerteretur, magis idoneum temperamentum vix excogitari potuit, quam *retractus seu ius protiniseos*, quo & in *salvo tamen retractu genitio.* diligentiae possessoris succurrebat, & ius heredum putasse.

## §. XVII.

Quae speciatim de iure Lubecensi tradidi, *Quod illustratur veterius* iuris antiqui communis sententia fuisse videtur. Alienationem enim omnem in his bonis fuisse interdictam, supra simul demonstravi. Inde vero fluxit ius vindicandi bona a quo quis possessore, sine heredum consensu alienata, utpote quorum dominium haud erat translatum. Vti vero in *s. antecedenti* monui, veteres Germanos excipisse sine dubio *casum necessitatis*, quippe qui secundum rectae rationis dictum omnem alienationis prohibitionem limitat & restringit, eosque etiam hoc casu iustum putasse,

D

putasse, vt proximis heredibus praerogativa p<sup>re</sup>  
extraneo daretur, ita hoc ius antiquum maiores  
quoque nostri agnouerunt, vt codex MSCt. stat.  
<sup>enprimie ex</sup> statutis anti- Hamb. supra laudatus tit. vann Elve / Egen ic. art.  
quis Hambur- s. lit. G. docet: So wor een Mann este Fruewe Er-  
genfibus. ve kopen/ des sin se waldich tho gevende und tho  
sellende wen se willen/ de wile se belde leven. Wen  
aversi ehrer eine sterret/ so het idt Erffgude/ so dane  
Erffgude alse hier schreven steidt/ mach nemand  
setten este sellen ohne Erven Vorloff/ idt en si dat  
idt ehme noedt do dem de idt horet/ de noedt schall  
he bewisen mit ehrhaftigen Eiden/ und verkopen  
dat wen he will. Jedoch dat de nögesten Erven  
des Ropes sin. Hoc itaque iure ante omnia le-  
gitima probanda erat necessitas testibus fide dignis,  
& hac demum probata, alienatio permissa erat sal-  
vo iure protimiseos. Vnde etiam non poterat non  
causae cognitio & sententia iudicis praemitti, quia  
probatio necessitatis desiderabatur.

## §. XVIII.

*Inde originem traxit retractus gentilium aperui ostendique, illum ex qualitate honorum hereditiarum fluxisse, & quidem in casu, quo alienatio eorum erat licita & permissa. Sed hic fere tantum ad emtionem restringebatur, quippe qua necessitatibus, quae solummodo alienandi facultatem possessori dabat, vnicore consuli poterat. De donatione frustra quaerebatur, quae necessitatibus nullam arguit, & ex libera voluntate, plerumque fieri solet, nullo necessitatis duro telo urgente. Neque etiam de alienatione per ultimam voluntatem*

tem

*tem* quaestio moueri poterat, quod olim testamenta non essent in *vſu*, sed demum ex iure Romano in Germania inualuerint. Libera etiam dispositio in *acquisitis* singulis erat permissa, nec vllum agnatis seu heredibus legitimis ius in his quaeſitum, quo ipſo fiebat, vt *ius retrahens* quoque in iis haud obtineret, quippe quo tantum gaudebant propter ius illud in *boris hereditariis* quaeſitum.

## §. XIX.

Sicuti vero haec ratio Germanis aliisque populis communis fuit, ita non mirandum est, retrahendum per varias gentes dilatum, Romanis vero incognitum fuisse, vt pote quorum principiis non aequa repondebat. Ignorabant enim differentiam inter bona *acquisita & hereditaria*. Potestatem vero aequalem dominis de suis rebus & facultatibus disponendi concedebant, & dominii sui *libertatem*, Quiritibus admodum conuenientem, in eo colloabant, quod pro lubitu inter viuos & mortis causa, maxime per testamenta, illa in quemcunque transferre possent. Excogitata quidem tandem sunt *fidicommisa*, quae forti bonorum alienabiliū ea eximerent, quae familiae & gentis vſibus erant destinata; sed haec qualitas bonis supperaddita demum id efficiebat, quod apud Germanos sola *qualitas hereditaria* operabatur. Ex his itaque manifestum est, Romani iuris scita Germanorum institutis fuisse alienissima.

## §. XX.

Quae cum ita sint, facile coniectura quilibet *Turbas a iure* *Romanis in* *assequi* potest, insignes motus, confusione & *foris Germaniae datæ* turbas excitasse ius Romanum, postquam ad foras

Germanica pedetentim tractum est. Quouis enim modo hoc libertati alienandi bona quaevis fauebat: ius Germanicum autem reclamabat, repugnabat, contradicebat. Porro testamenta commendabat ius Romanum, suadebatque, imo haec rursus *liber-  
tem* alebat & promouebat *L.I.C. de SS. eccles.* cui principia iuris Germanici aduersabantur quo ad bona *hereditaria*. In hac autem vtriusque iuris lucta, plerisque in locis praeualuit ius Romanum, efficit que vt differentia inter bona *acquisita* & *heredita-  
tionem* inter *ria* euilesceret, & libertas ea alienandi, soli iuri Romano propria, in plerisque prouinciis contra iura patria introduceretur, ita tamen vt quaedam iuris pristini vestigia, quae magis *ruinae* & *ruderia* iuris Germanici fuere, relinquenterunt. Verum enimvero corruptio haec vnice debetur *ICtis*, qui solis iuris Romani traditis operam dederunt, iura patria prorsus neglexerunt, & omnes in id fuerunt, vt *ius peregrinum*, ex praeconcepta opinione de praestantia huius iuris, principatum pre*re* iure patrio haberet. Inprimis etiam iudicia plerorumque locorum iudicibus huiusmodi erant obnoxia, qui vnice iuri Romano operam nauarunt, quique, neglecto iure Germanico, ius, quo imbuti erant, applicare studuerunt. Ostendunt id ipsum quoque glossatores, qui varia dubia ad *ius Saxonum pro-  
vinciale* mouerunt ex principiis iuris Romani, a iure Germanico alienis. Sic enim *GLOSSATOR* ad lib. 1. art. 34. *iur. Saxon.* philosophatur. *Hie  
mödestu fragen/ wie mag der Richter einen dar-  
zu zwingen/ daß er dieses behalten muß/ weil doch  
nichtes redlicher ist (secundum iuris Romani prin-  
cipia)*

*quae dissi-  
tionem inter  
bona sustule-  
runt*

*cooperanti-  
bus ICtis*

*& glossatori-  
bus.*

cipia) den das ein jeder Macht habe sein eigen Guth seinen Willen nach zulassen oder zu vergeben. Hac ratione hoc dubium inepte resolutum glossator, quia iuris patrii principiis haud sufficienter imbutus fuit. Petuit rationem dubitandi ex iure peregrino, quam facili negotio declinare potuisset, si ostendisset, iure Germanico, talem liberam alienandi potestatem non obtinuisse in bonis hereditariis. Pari modo etiam antiquus glossator ad cod. MSCt. stat. Hamb. Tit. van Erve Egen w. art. 1. ita rationes subducit: Hirjegen schinet de Regel des gemeinen Rechtes: (intelligit ius Romanum) de recht hefft een Dinc tho vorgevende/ de hefft mer rechtes dat fulwige tho verkopende vt l. cui ius est. ff. de R. I. Mach man den Erve und egen geven wor man will/ also hirna schinet art. 5. so mach man idt oek verkepen/wor men will/ dat doch hir so nicht en ih.

## §. XXI.

Introducta itaque est libera facultas disponendi de bonis quibuscumque in plerisque Germaniae locis ex iure Romano, bonaque hereditaria ex illo cum acquisitis parem fere acceperunt sortem, exceptis illis locis, in quibus ius antiquum vel in totum vel secundum quid retentum est. Hoc unicum fere ex iure antiquo solummodo remansit vestigium, quod in bonis hereditariis proximis consanguineis ius retractus relictum fit. Hoc autem olim tantum locum habebat, ubi alienatio per venditionem erat permissa, in casu scil. necessitatis. Sed postquam secundum iuris Romani principia hoc extra casum necessitatis permitti etiam cepit, ius retractus quoque insignes fecit accessiones. Est vide-

licet

D 3

*Remansit tam  
men in bonis  
hereditariis  
ius retractus.*

licet hic *ius illud gentilium*, quod in bonis *hereditariis* per vniuersam fere Germaniam adhuc obtinet, nec aliunde peti debet, quam ex antiqua horum bonorum distinctione, adeoque ad *acquisitam* regulariter extendi nequit.

## §. XXII.

*Conclusiones  
variae ex his  
fundamentis.*

Quodsi ergo de conclusionibus quae in doctrina de retractu gentilitio adducuntur, sanum iudicium ferendum, ante omnia praecauendum est, ne principiis iuris Romani decipiatur, sed rationes earum potius ex *iuris Germanici* principiis petamus, quae hic demum omne ferunt punctum. Longum foret, ire per singula, & omnes controversias examinare, quae a Dd. excitantur, & tamen facillimo negotio sedari possunt, si ad *iura Germanica*, quibus ortum hic retractus deberet, vnice respicimus. Sic enim (I.) apertum est, tantum retractum obtinere in bonis *immobilibus* & quae *pro talibus* habentur; non item in *mobilibus*, ad quae distinctio adducta iure Germanico applicata non fuit vid. STRYK. cit. l. c. I. §. 20. REINKING, *de retractu consanguin. qu. 3. n. 105. sq.* (II.) Retractum obtinere in quibusvis bonis *hereditario* iure ad possessorem delatis, nec praecise *aqua* requiri; quod enim *ius Saxon. Elect. P. II. c. 12. §. 31.* non alia quam quae ab auo profecta sunt, sub *hereditariis* intelligat, id interpretationi authenticae legislatoris Saxonici debetur, quae legem Saxonie constituit, ad alia autem loca extendi nequit, in quibus etiam a *patre* in *filium* delata bona retrahi a fratre eius possunt, cum sufficit, quod respectu alienantis sint *hereditaria*. (III.) Tantum ius retractus obtinere in *emtione venditione*

ditione & huic simili contractu, non vero in donatione alioue, cum olim tantum *venditio* permisſa fuerit in *casu necessitatis*, & quidem probata *necessitate*, quae non aequa in aliis alienationibus deprehenditur. (IV.) Libera alienandi potestate introducta, non potuisse ius retractus omnibus alienandi speciebus applicari, sed illud in alienatione, quae sit interueniente pretio, substituisse, & in qua olim etiam tantum usitata fuit. (V.) Cessare illud in bonis nouiter acquisitis. (VI.) Proximos heredes & quidem intuitu venditoris ad retractum vocari, sicuti olim ius proximum in bona hereditaria habebant, adeoque etiam eo ordine retrahi bona alienata, prout succeditur *TIRAQVELL. de retract. lin. §. I. gl. 9. n. 21.* (VII.) Liberos quoque, viuente patre, eadem retrahere posse, quod prae ceteris consanguineis ius iis sit quaeſirum, quia de causa in antiquis diplomatis etiam saepe occurrit clausula: *cum consensu filii mei N.N. STR YK. cit. I. c. 2. §. 23. sq.* Rationes dubitandi quae hic adferuntur, petitae sunt ex penu iurisprudentiae Romanae, quae minus stringunt. (VIII.) Hodie feminas etiam ad retractum admitti, postquam *iuris hereditarii* participes factae sunt. (IX.) Proxi more retractui renunciante, sequentem in ordine admitti. (X.) Cessare retractum, si venditioni consensum dedere legitimi heredes, quia olim hoc modo valide alienabantur hereditaria, etiam omni cessante necessitate, quamuis de hoc casu mirifice dissentiant Dd. (XI.) Multo minus venditorem ipsum bona alienata retrahere posse, quod principaliter consensum alienationi dederit; qui autem consentit alienationi,

nihil

nihil contra eam audere potest. STRYK. cit. l. c. 2. §. 21. (XII.) Exheredatos ex iusta causa, excludi a retractu, vtpote qui nullum ius in bona hereditaria habent. SVTOR de retractu thes. 181. Plures addere conclusiones supersedeo, cum paucissimas tantum exempli loco adduxerim, vt viam monstrem, qua ei incedendum sit, qui inoffenso pede per tot difficultates, ab interpretibus motas, transire intendit.

## §. XXIII.

*Transitus fit ad statutum Hamburgense.* Paulo propius nunc ad retractum gentilitium in patria mea, inprimis etiam in agris vi statutorum receptum, accedo, inquisiturus vtrum hic ad ea, quae adducta sunt, prorsus accommodari debeat. In dubium id vix vocandum videtur, cum antea obseruauerim, 1.) ius antiquum Saxonicum nostri iuris fontem esse: 2.) ius Lubecense accurate conspirare cum huius iuris principiis, cuius scita in plerisque sequitur statutum Hamburgense. 3.) In nostro statuto adhuc retentum esse differentiam inter *acquisita & hereditaria bona*, nec de his aequo ut de illis disponi posse, vnde etiam 4.) concludendum videtur, non in illis sed tantum in his retractui locum fore. Inprimis enim hisce in locis, vbi haec distinctio bonorum obtinet, huic retractu locus est, quod praeter ius Lubecensium declarat *statutum Luneburg*. P. II. Tit. 4. his verbis: Wird ein Hauf/ Bude/ Garten/ Pfannen-Wissel oder ander auf unser Sülze gelegenes Guth/ so der Besitzer zuvor nicht selbst Rauffs-weise an sich gebracht/ sondern das durch Erbfall an ihm kommen ist/ verkaufft/ so hat der nechste Bluts-Freund/ der in absteigender

stetgender Linie (auch bis ins vierde Glied einschließlich) demjenigen verwandt/ von welchen solch Gut<sup>h</sup> anfänglich herkommen ist/ gute Macht und Zug/ innerhalb Jahr und Tag nach geschehener Auflassung/ es sey ihm gleich vorhero das Gut<sup>h</sup> zu kaufen angeboten worden/ und er sey innerhalb Landes gewesen oder nicht/ in den Kauff zu treten/ und den fremden Käuffer gegen Erlegung des angegebenen und abgeredeten Kauff-Geldes davon abzutreiben/ und ist hierin kein Unterscheid/ ob die Kinder vom Vater abgetheilet/ oder noch in seinen Gewehren sind. Verkauft auch ein beerbarer Mann seiner Frauen Erb-Guth/ in den Fall sind der Frauen Kinder/ und da die nicht geneigt in den Kauff zu treten/ ihre der Frauen/ aber nicht des Mannes/ nechste Bluts-Freunde bis in das angezeigte vierde Glied niederwärts einschließlich/ der Nähergeltung befugt/ und hat disfalls allezeit der nechste verwandte Bluts-Freund den Vortritt.

## §. XXIV.

Praeterea in nostra ciuitate iam iure antiquis-  
simo idem obtinuisse supra §. XVII. ex codice illo Hamburgense  
MS. statut. Hamb. antiquissimo obseruaui, adeo vt  
absque necessitate, quae ante cunctia probanda erat,  
ne quidem hereditiarum alienatio permitta, & si  
tandem permitta, proximior p[ro]ae extraneo ad ven-  
ditionem admissus fuerit. Quod autem, hoc ius  
etiam iam olim extensum fuerit ad acquista, vti iam olim ea-  
indicat codex MS. tit. vam Erve/ Egen x. lit. G.  
art. 1. So wol sin Erve/ dat ehme nicht ange-  
vet is/ verkopen will/ dat binnen disser Stadt und Wicke  
men suo modo  
retractus ex-  
tensus fuit ad  
acquista.

E

Wickelde is / de schall dat beden twen sinen negesten  
 Fründen / dar sin Erve upfallen mach / und will  
 idt ehrer neen kopen / so mach he sin Erve woll  
 verkopen demjenen / de ehyme dat meiste dar vor geyen  
 will. Id ex rationibus, nostrae ciuitati propriis,  
 caurum, nec tamen hoc ipso fuit sublata, quo ad aliena-  
 nationem inter viuos, distinctio inter *acquisita & her-  
 editaria*, cum illa pro lubitu sine heredum consen-  
 su alienari queunt, vt tamen venditio propter ius  
 protimiseos iis denuncietur, qua denunciatione tam-  
 en requisitio *consensus* haud includitur; haec ve-  
 ro olim *sine consensus heredum*, extra casum necessitat-  
 is, prorsus alienari non potuerunt, eo tamen pro-  
 bato, ius praecipuum heredibus legitimis conces-  
 sum fuit. Et hoc modo etiam intelligendus art.  
 6. cod. MSC*i* antiqu. tit. vann vortruyinghe und  
 Erfischichtinghe lit. I. vbi talia bona vendi & in dota-  
 litium dari prohibentur, ahne siner Rechten Erven  
 Bultordt / und de dat Gude van sic antwordet / de  
 swal of welien / wor dat Gude werde belecht / up  
 dat idt den rechten Erven nicht werde entfer-  
 diget. Quae ratio certe ex intima iuris antiqui  
 Germanici prudentia fluxit, quae maxime pro *bo-  
 na hereditariis* conseruandis sollicita fuit, concessit  
 que per necessariam consequentiam retractum a  
 quoconque possessore, vt finem suum obtineret.  
 Neque etiam simplex *ius protimiseos*, quod re ad-  
 huc integra & nondum emtori tradita, tantum sece  
 exserit, reuocationem autem bonorum a tertio  
 possessore non admittit, sufficere visum fuit, quod  
 bona gentilitia legitimis heredibus conseruare haud  
 poterat:

poterat: sed ius pinguius legitimis heredibus concessum, ipsa scil. *reuvatio bonorum alienatorum a quouis possessore*, quod inde nomen iuris retractus accepit.

## S. XXV.

*Ius Hamburgense nouum non nihil hic remisisse videtur, concessa maiori libertate vendendi bona immobilia.* Distinguendum autem inter alienationem mortis causa & inter viuos. Illa adhuc ex principiis iuris antiqui in *bonis hereditariis* absque heredum consensu est interdicta, vid. Part. III. tit. 1. art. 4. stat. Hamb. & hoc deficiente, testamentum tantum subsistit quo ad *acquisita*, corruit vero quo ad *hereditaria*, quae *heredibus legitimis* obueniunt: proinde etiam iure nostro facilius contingere potest, vt quis pro parte testatus & intestatus decedat, quod ius Romanum non admittit. Imo hoc quoque in casu *alienationis de retratu proprii dicto* eo minus laborandum, quod illa nulliter facta censeridebeat, adeoque simplicitate iure hereditario peti bona queant. Qualitas vero, quod sint bona hereditaria, de quibus in ultima voluntate dispositum, ab heredibus legitimis probanda, tum quod actoris vices sustineant, cui regulariter onus probandi incumbit, tum ob dispositionem statuti P. III. tit. 1. art. 6. vbi ita cauetur: und damit das Erbgut bey den rechten Erben bleibe/ so soll ein jeglicher auf seine letzte Stunde des Todes nehmen/ was und wie viel er vom Erbgut empfangen/ es wäre dann/ daß man anders könnte beweisen mit Gericht und Rath der Stadt/ dar solch Erbe mit Rechte wäre gefordert und erwiesen. Hac ratione

E 2



is, qui de bonis suis immobilibus vltima disponit voluntate, suae salutis non videtur immemor fuisse, cum ex statuti nostri dispositione sciat & scire debeat, suae conscientiae hanc rem commissam esse, & sic quoque vbi de iis bonis ordinatum est testamentum, tam diu pro ~~acquisitis~~ habentur, donec *qualitas hereditaria* fuerit probata.

## §. XXVI.

*Maxime in  
alienatione  
inter viuos.*

Quod autem alienationem *inter viuos* concernit, illa non aequa secundum statuta nostra novissima restricta est, sed paulo liberior reddit; in primis illa quae sit per *venditionem*, de qua in §. *subsequenti*, non autem aequa ea, quae per *donationem*. Haec enim *inter viuos* de his bonis sine heredum consensu vix fieri potest, tum quod hoc iuri antiquo congruit, cui merito standum, tum quod nec legata, quae sunt *donatio quaedam*, de iis valeant, *Part. 3. tit. 2. art. 2. stat. Hamb.* nisi quod vigesimam illorum partem ad pias causas destinare queat testator. *Ius Saxonum prouinciale lib. 1. art. 52.* id quoque confirmat: *Ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Gut / noch seine Leute / vergeben.* Sed ius Saxonum electorale *P. II. const.* 12. hoc de *donatione* potissimum intelligit, quamvis rationes adductae doceant, de quauis *alienationis* specie, qua hereditaria legitimis subtrahuntur hereditibus, hoc potius intelligendum. Vnde etiam sine dubio dispositionem vltima voluntate comprehendit, vt recte censuit *ius nostrum statutarium alleg. loc.* quae itidem species *alienationis* est, & in quam itidem cadit ratio iuris Germanici, ne *hereditaria legitimis hereditibus* subtraherentur. Supra iam

iam a me dictum est , juris Romani principia passim iuri Germanico insignem attulisse cladem, postquam interpretes eius ius Germanicum ex illis interpretandum , & quantum fieri possit, restringendum esse censuere , ne nimium scil. ab iis recederet, cum tamen diuersissima principia in hac materia habuerit. Haec confusio etiam effecit, vt iure Saxonico electorali cit. I. testamenti factio de his bonis fuerit permissa: Es soll einen jeden frey stehen/ sonst solcher Güther halben Testamenta und andere beständige letzte Willen aufzurichten/ welchen auch straßs nachzusehen. Similiter nec venditio horum honorum hoc iure est interdicta, & quamquam heredes descendentes, non alii, ad ius retractus admittantur, hoc tamen rursus ex stricta voce Erben in cit. art. 52. contra legum antiquarum mentem tractum est. vid. P. II. Conſt. Elec. conſt. 12. § 31. ibique CARPZ. def. 13. sq.

## §. XXVII.

Sed , vti monui in principio §. antecedentis, Et quidem per iure etiam nostro nouiori alienatio inter viuos bo- venditionem.  
norum hereditariorum , quae fit per venditionem, paulo iam liberior redditia est, cum non amplius, prout quidem olim, tot illa sit difficultatibus subiecta, sed etiam extra casum necessitatis permissa. Cautum etenim est P. II. tit. VIII. art. 3. stat. Hamb. Wer sein Erbe / es sey Brau- oder Wohn-Haus/ so er geerbet / befreiet / oder auch mit seinen wohl- gewonnenen Gelde an sich gebracht/ verkauffen will/ der soll es zuforderst durch zweien Erbgesessene Bürger / den beyden seiner nechsten Freunden / dar sein Gut auf fallen mag/ an praesentiren/ und wann die

die es nicht begehren / denen verkauffen/ so das meiste dafür geben wollen. Cum hoc textu admodum conuenit art. 61. des Land-Rechtes/ quem statim in prooemio tradidi, nisi quod non ita distinete bonorum qualitas exprimatur.

### S. XXVIII.

*Quae fieri pot-  
est sine here-  
dum consensu*

Ex vtroque itaque obseruo textu, inprimis venditionem bonorum hereditariorum etiam sine heredum proximorum consensu fieri posse, quia generaliter dicitur sine villa limitatione, wer sein ERB verkauffen will/ item Belecker een ERBE verkopen will. Verum enim vero in art. 61. des Land-Rechts tantum fit mentio des ERBES/ qua appellatione res immobiles veniunt; nec diserte additur, nihil referre, vtrum haec bona sint acquisita an hereditaria? pro vt tamen diserte addit cit. art. 3. statuti. Inde ergo quaestio enascitur, an de vtroque bonorum genere art. 61. des Land-Rechtes intelligi debeat? Hoc expeditum est, quod & Dn. SCHLUTER Von den Erb-Recht der Ehe-Leuthe tit. 3. iam obseruauit, non semper tuto argumentum trahi posse a iure urbis, ad ius quod in agris obtinet: & quamuis bona hereditaria secundum articulum 3. stat. libere vendi possint, magis tamen in agris insistendum videtur iuri antiquo Saxonico seu Germanico, quo bonorum hereditariorum venditio fieri nequit sine heredum consensu. Accedit quod antiqu. statut. Hamb. §. 24. Disput. ad ductus art. 1. sententiam art. 3. P. II. tit. VIII. stat. Hamb. fere referat, nec tamen de aliis bonis, quam acquisitis loquatur, vt diserte innuant verba: So wol sin Erbe/ dat ehme nicht ange- erbet

*an etiani in  
agris?*

ervet iß verkopen will &c. Hoc correxit statutum nouissimum cit. art. 3. Wer sein Erbe / so er geerbet / befreiet / oder auch mit seinem wohlgewonnenenem Gelde / an sich gebracht / verkauffen will. Discrepat itaque in hoc statutum antiquum & nouum, quod illud tantum permittat venditionem acquisitorum saluo iure protimiseos; hoc vero & acquisitorum & hereditariorum: illud magis cum iure antiquo Germanico conueniat non hoc. Qualis vero hoc rerum statu cit. art. 61. des Land-Rechtes arripienda sit interpretatio, ad modum ambiguum & dubium est.

## §. XXIX.

Si libere sententiam proferre concessum est, vox Erbe in ego, saluo aliorum rectius sentientium iudicio, sic art. 61. acquisitorum ante omnia, ius Saxonum commune fontem esse, vnde ius nostrum in agris obtinens interpretationem suam recipiat. Hoc posito, distincte procedendum, & vox Erbe pro substrata materia accipienda. In cit. art. 61. des Land-Rechts duo casus traduntur. Primus est de retractu ex capite consanguinitatis: alter de retractu vicinitatis. Ultimus casus quidem ad quacuis bona accommodari posse videtur, non item primus. Hic enim liberam venditionem immobilium presupponit, quae iure Saxonico & antiquo Hamburgensi tantum obtinuit in acquisitiis tam in urbe quam in agris, quod disertis etiam declaratum verbis in tit. vann Erbe/Egen re, art. 1. cod. MS&L. So wöl sin Erve dat ehme nicht angeervet iß / verkopen will / dgt

dat binnen disse<sup>r</sup> Stadt und Wickelde iß ic.  
 Haec verba satis indicant loqui hunc textum  
 1.) de bonis *acquisitis* 2.) tam in vrbe quam extra  
 eam in territorio Hamburgensi sitis, 3.) eisque  
 eadem tribuere iura, *quae art. 61. des Land-Rechts*  
 exhibit, quod indicant verba sequentia: *De shall*  
*dat beden twen siuen negesten fründen/ dar sin*  
*Erve upfallen mach/ und will id ehrer neen kepen/*  
*so mag he sin Erve wol verkepen/ de ehme dat meiste*  
*darvor geven will.* Imo facile vniusquisque cognoscet,  
 cum hoc conspirare *art. cit. 61. des Land-*  
*Rechts* / nisi quod hic 1.) indefinite loquatur, 2.) vi-  
 cinis etiam ius retractus indulget 3.) duos menses  
 praestituat, intra quos retrahentes suam manifestare  
 debeant voluntatem. *Quamuis itaque vox Erve*  
*quaueis immobilia, vndequeaque acquisita de-*  
*notare potest, & in art. 61. des Land-Rechts etiam de-*  
*notare videtur.* Indicat enim hoc, ut supra monui,  
 1.) ius antiquum Hamburgense *tit. cit. art. 1.* quod per  
 totum tractum Hamburgensem, & sic etiam in  
 agris obseruatum, 2.) confirmat hoc ius antiquum  
 Saxonicum, ad quod saepius prouocauit; nec 3.) statutum  
 nouissimum *citat. art. 3. tit. VIII. Part. II.*  
 huc trahi potest, quod cum correctorium sit, ad  
 vrbum tantum pertinet, & ita ad *agros* referri  
 nequit, in quibus *pro iure veteri*, quod olim in iis  
bona autem bereditaria sine heredum consensu vendi nequeunt.  
 obtinuit, firma stat praesumtio. Hoc autem posi-  
 to, bona *hereditaria* in agris *sine consensu heredum*  
*vendi nequeunt*, excepto casu *necessitatis*, quo ex-  
 istente & probato, proximi heredes in emtione  
 praefreruntur, & iure retractus utuntur, secundum  
 iuris

iuris antiqui Germanici mores, cum quibus accurate conuenit *stat. antiq. art. s. tit. van Erve Egen* quem supra §. XVII. traditi, nullibi correctum.

## §. XXX.

Hactenus itaque dictum est, quid sentiam *singulare ea-*  
*de voce ERVGEN in art. 61. des Land-Rechts oc-*  
*currente, & quid cit. l. speciatim illa significet; id in acquisitio-*  
*autem porro iure nostro, tam quod in urbe, quam oblinuat.*  
*quod in agris obtinet, singulare est, quod etiam in ac-*  
*quisitis ius protimicatos obtineat, in quibus tamen ra-*  
*tio huius iuris, secundum principia supra posita, ces-*  
*sat, nec in aliis locis regulariter eius habetur ratio.*  
*Certum quidem est, id fauori, quem omnes pro*  
*immobilibus in genere gerere solent, datum fuisse,*  
*ut eo magis conseruationi familiarum studeretur,*  
*quae in primis per immobilia conservatur. Sed cum *An verus re-**  
*heredibus in acquisita non aequale ius, quod iis in *tractus hic ob-**  
*hereditaria iure Germanico debetur, competit, non *tineat, an sim-**  
*leuis dubitatio emergit, vtrum simplex ius protimi-*  
*seos, an vero praeterea ius retrahendi in art. 61. des*  
*Land-Rechts iis indultrum sit? h. e. an re adhuc in-*  
*tegra, cognati se se offerre tantum possint ad idem*  
*preium soluendum, an vero, si, denunciatione*  
*neglecta, vendita fuerint, etiam ab extraneo em-*  
*tore eadem reuocare queant? Etenim in cit. art. 61.*  
*tantum dicitur: quod vendor bona immobilia,*  
*quorum venditionem intendit, prius offerre de-*  
*bet proximis consanguineis, & his intraduos men-*  
*ses ad illa emenda se se haud declarantibus, extra-*  
*neis demum vendere queat. Verum quia 1.) hoc *debetio.**  
*ius, proximis consanguineis debetur ex statuto,*  
*quod fortius ius quam ex sola conuentione illis at-*  
*tribuit;*

tribuit; 2.) statutum praeterea certam formam emtioni huic praescribit, qua non servata, illa nulla est; 1. s. c. de LL. hoc vero posito 3.) res adhuc integra videtur, vt proximus consanguineus ius suum exercere & bona reuocare queat, cum non censeatur alienatum & translatum, quod debita forma haud peractum, euidens omnino est, ipsum ius retractus hoc ipso proximis consanguineis indulsum esse. Collineare hic quoque videtur ipsum statut.

*Hamb. P. II. tit. VIII. art. 16.* Ist aber die Gewehre vor Freunde und Fremde von dem Verkäuffer angelobet? so soll er seiner Zusage nachkommen. Quid enim est die Gewehr vor Freunde angeloben? quam euictionis praestationem promittere in casu, quo iure retractus a consanguineis fuerit euicta?

## §. XXXI.

*Successorium  
editum in  
agris locum  
babet.*

Tandem etiam hanc obseruo differentiam inter ius vrbi & quod agris datum est, quod illud nihil aliud desideret, quam vt bona offerantur den beyden seiner nechsten Freunden iuxta stat. *Hamb. P. II. tit VIII. §. 3.* id quod communiter intelligunt de consanguineis duobus tam lineae paternae quam maternae, ita tamen vt si plures in eodem gradu sint, illis pariter offerri debeat, quia aequale ius habent. Qui si praerogativa, in emtione vti nolint, mox immobilia extraneis vendere permisum est. Ex quo concludo, *successorium editum* nostro iure in vrbe cessare, cui alias in retractu locum concedunt. CARPZ. *P. II. c. 49. def. 7.* BERLICH *P. II. concl. 39. n. 30.* Idem vero admittendum esse in agris, quia in art. 61. des Land-Rechts generatim cauetur, offerenda esse immobilia Vader und Mōder und den

den nechsten Fründen; quo ipso, proximioribus iure suo vti nolentibus, non censetur exclusi remotores, vti obseruat B. STRYK. *de success. ab intest. diff. VI. c. 3. §. 37.* sed tantum designatur ordo succedendi, quod secus in iure statutario, quo *oblatio* restringitur ad duos propinquiores. Cetera, quae alias in hac materia amplissima tradi solent, non regustabo, qui tantum fontes indicare volui, vnde ius hoc *retractus*, consanguineis proprium, de-  
riuandum sit.

## CAP. II.

DE

Retractu vicinitatis in agris Ham-  
burgensis vslato.

## §. I.

**O**bseruui cap. antec. retractum *consanguini-* Retractus vi-  
*tatis* tum in ciuitate tum in agris Hambur- cinitatis tan-  
gensium obtinere. Retractus ex *vicinitatis* <sup>tum in agris</sup> <sub>non in vrbe</sub> obtinet.  
capite diuersa videtur ratio, cuius tantum fit mentio  
in dem Land-Recht art. 61. non vero in statuto vrbi  
dato. Sicuti vero ab hoc ad ius, agris praecriptum,  
non valet consequentia; ita quoque, vt supra iam  
monui, hoc ipsum ad vrbum Hamburgensem  
trahi nequit, adeoque ius retractus *vicinitatis* cum  
agris solis datum sit, non extendendum ad vrbum.  
Sunt etiam praeterea propriae *agrorum* rationes,

F 2

quae

quae hunc retractum desiderant, quae ad praedia  
urbana applicari nequeant, vt mox videbimus.

## §. II.

*Non dependet ex constitutio-  
ne Friderici.* Evidem constitutio Friderici, de qua iam *cap. VIII.* mentem aperui meam, suo modo  
retractui vicinitatis fauere eumque firmare videtur  
aeque vt ius antiquum graecorum, de quo *c. I. §. 4.*  
egi. Enim uero illa Germaniae regno non fuit data  
sed Longobardico, nec inde auctoritatem accepit,  
quod iuri feudalii adiecta. Vnde fatentur ICti  
Germaniae longe celeberrimi & inter hos etiam  
*STRYKIVS de success. ab intest. diss. VI. c. I. §. 16.*  
retractum hunc in peculiaribus territoriorum rationibus fundari, nec aliter eius rationem haberi,  
quam probata lege prouinciali, statuto vel consuetudine. conf. *SUTORIUS de retractu thes. 84.*

## §. III.

*Differet a iure congrui.*

Ante omnia vero caendum ne *ius congrui*  
& retractum *vicinitatis* confundamus, quae duo  
iura, licet propinqua & vicina sint, adhuc tamen  
differunt, quum illud longe frequentiorem usum  
quam hoc habeat, vt recte obseruat *EISENHART*  
*de retractu territor. c. I. §. 6.* Ius congrui *vicinitatem*  
quidem desiderat, in hac tamen non subsistit, sed  
praeterea requirit, vt pars vendita cum illa, quam  
retrahens possidet, antea fuerit vnitा, & abhinc  
aliquot annis separatim ab ea alienata, siue per di-  
uisiōnēm siue alio modo, vt recte censet *SUTORIUS* cit. *I. th. 85.* quamquam non adeo hoc ius a  
retractu *vicinitatis* distinguat. Inde etiam vocatur  
das *Gespilde* / quasi das gespaltene Gut / & *ius con-*  
*grui*, quod admodum *congruum* sit, vt bona diuisa  
con-

consolidentur, tum propter onera publica, quae  
saepe hoc modo confusione quandam patiuntur,  
tum ob ipsam vicinitatis rationem, quae plura pa-  
rit incommoda. Hoc requisito deficiente ius retrac-  
etus exerceri nequit. COTHMANN. Vol. IV. conf.  
42. n. 3. Retractus vicinitatis simplex autem sim-  
pliciter *vicinis* hoc ius indulget sine respectu *vnio-*  
*nis praecedentis*. Addit praeterea EISENHART  
cit. I. hoc discrimen, quod hoc ius in *praediis urba-*  
*nis* sibi inuicem vicinitate iunctis; *ius congrui* vero  
in *praediis confinibus rusticis* obtineat, argumento  
tracto ex l. 4. §. 10. ff. fin. regund. quod praedia rusti-  
ca dicantur *confinia*, urbana vero *vicina*. Hoc au-  
tem discrimen vel ideo reprobo, tum quia a sola  
*appellatione & nominatione*, iuri Romano propria,  
desumitur est, quae ne quidem idiomati Germanico  
aquea *praediis rusticis* quam *urbanis* applicemus:  
tum quia experientia docet, ius congrui in pluri-  
bus locis etiam *praediis urbanis* applicari. Imo sta-  
tuta patria hoc discrimen prorsus etiam reiciunt,  
quae retractum ex capite vicinitatis *agris* solis seu  
*praediis rusticis* indulgent, in *urbe* vero eidem nul-  
lum tribuunt locum.

## §. IV.

Videlicet demonstrat id omnium optime iam *Natura agro-*  
saepius cit. art. 61. des *Land-Rechts* / in quo conce-  
ditur retractus dem negsten Naber / da he up wa-  
tert. Sed vt huius iuris vera ratio & adaequata,  
quae solis *agris* propria est, in aprico sit, obseruan-  
dum est, agros, quibus hoc ius datum, & qui  
art. 1. des *Land-Rechts* referuntur, quosque supra

enumerauit, in pratis fere vnicē consistere, indeque etiam vocari dīe Marsch-Länder. Alluunt haec praedia vel Albis vel Billus, flumina, & inter haec ad ipsam urbem tendunt, tandemque inter se vnitā e latere urbis ad ipsum mare currunt. Saepe autem contingit, vt flumina haec tempore vernali vel hyberno, quo illa niuib⁹ & pluia nimium creſcunt, limites riparum utrinque transcendent, & ita vicinis agris dēnn Marsch-Ländern admodum inundatione hac grauia & molestia sint. Inprimis vero hoc incommodo afficiuntur praedia inferiora ad urbem vergentia, cum naturale sit, vt, praeter inundationem ipsam, ex superioribus agris aqua pluia ſeſe potissimum in illis colligat, id quod poſſeffores eorum, quum, vt dixi, ex operatione ipſius naturae fiat, aequo animo ferre & tolerare debent. Vocatur ea de cauſa hoc onus in iure ciuili ſeruitus naturalis, cuius ſemper haec eſt indeoles, vt praedia inferiora aquam excipient praediorum ſuperiorum l. l. §. 22. ff. de aq. & aq. pluu. arc. Verum enim vero hoc incommodum tunç maxime ſeſe exſerit, quando paulatim aqua decreſcit, & intra limites naturales riparum ſeſe rursus continere incipit; quamquam enim hoc ipſo fiat, vt praedia ſuperiora facilius exſiccentur, attamen inferiores agri aqua, quam potius hoc caſu exſuperioribus excipiunt, paulo diſſicilius liberantur. Sunt praeterea per praedia haecce plures ductae fossae, perquas, molendinorum ope, quae in agris depreſſis vbiique pro abigenda aqua ſunt exſtructa, aqua, ex ſuperioribus ad inferiora defluens, eo rectius ducitur; ſed hae rursus praediis inferioribus non lenem pariunt

pariunt molestiam, si vicini inter se non conspirant, nec iuncta opera ope molarum aquam abigant, cum alioquin superior admodum grauis esse possit inferiori, in aqua hac ad eius praedia abigenda, quod vocare solent der oberste Nachbar mahlet dem unter das Wasser auf den Leib zu dessen fernerer Fortbringung, & perpetuae quasi oneri exponere, quia semper inferior superiori seruit *cit. l. §. 23.*

## §. V.

Equidem censuerunt Romani ICtri commodo *Inderetractionis* quodam hoc onus compensari, ut dicitur *cit. §. 23. vicinitatis* quod scilicet omnis pinguedo terrae ex superiori *ortus* ad inferiorem agrum cum aqua simul decurrat; sed haec ratio ubique, maxime in agris planis, applicari non potest; quamquam interim ostendat, aequum esse, ut possessores agrorum inferiorum aliquid commodi pro hoc incommodo sentiant. Hoc ipso etiam maiores nostri sine dubio adducti sunt, ut vicino inferioris agri, qualis hic dicitur eius, cuius ager vergit ad urbem, retractum concesserint. Iuxta fluminum cursum enim agri ipsi aestimantur, & quia haec per agros ad ipsam urbem tendunt, eamque proxime alluentes sese tandem in ipsum mare effundunt, hinc *superiores* agri semper dicuntur *relative* seu in relatione eorum agrorum qui versus urbem siti sunt, hi autem, respectu *superiorum*, semper *inferiores*. Inde prima obseruatio est, *praedio inferiori* tantum hoc ius datum esse, non item *superiori*, imo ea de causa iuxta articuli, nostri statuti, verba, *inferiori* tantum venditionem denunciandam esse, non item *superiori*, quod indicant verba: *da he up water* h.e. cuius *praedium* *& quidem tantum praediis inferioribus datum.*

um ex vicino praedio, inundatione facta, aquam per fossas ductam, excipere cogitur.

§. VI.

*Quod illustratur.* Exemplo res fiet clorior. Titius vendere intendit suum agrum: duos habet vicinos, alterum inferiorem, cuius praedium ad urbem, *Stadtwerts*, vergit, alterum ex altero latere superiore, qui respectu vendoris vergit ad reliquos vicinos & agros. Vterque retractum ex capite *vicinitatis* praetendit, quaeritur quis praferendus? Ex ratione statuti, *inferioris* praedii dominus, quia is reuera est, da he up watert adeo ut si hic, facta denunciatione, iure suo vti nolit, nequidem *superioris* agri vicini dominus, retractum ambiens audiendus sed repellendus sit. Ita olim etiam pronuntiatum est in causa v. Campe contra Wichmann d. 1. Maii anno 1656. daß/ weil Kläger den Beklagten über die Hand lieget/ Kläger nicht besiget/ den Kauff zurück zu treiben/ sondern der getroffene Kauff bey Würden seyn solle. Pariter d. 21. Mart. 1653. vicinus superior ex eadem ratione repulsa tullit.

§. VII.

*Quid si via publica intercedat.* Solet alias vicinitas in hoc retractu ex praediорum contiguitate aestimari, vt censuit B. STRYKIVS cit. l. §. XXV. cum alioquin in seruitutibus paulo laxius habeat spatium vicinitas, & magis ex commoditate iudicetur. Quid ergo si via publica separaret duos agros vel *vicinalis* vel *priuata*? Equidem illam impedire retractum ex capite *vicinitatis* arguit SVTORIVS *deretract.* §. 2. non aeque hanc, quod & admitti potest in retractu, vbi solummodo vicini-

vicinitatis habetur ratio; ad agros autem Hamburgenses non adeo extendi posse, arbitror, in quibus tantum praefertur inferioris praedii Dominus. Enim uero si vel maxime via qualiscunque interuererit, tamen respectu *superioris*, a quo inferior via distinguitur, manet inferior, & ratio quoque statuti aeque huic applicari poterit.

## §. VIII.

Sicut autem domino inferioris praedii tantum hoc ius datum est, ita facile liquet 1.) conductori praedii rustici proprio nomine illud non competere, sed locatoris arbitrio solum hoc relictum. 2.) Vsufructuarium quoque excludendum esse, quippe qui non est dominus nec proprio nomine possidet agrum inferiorem; e contrario autem proprietatum admittendum. Quamquam enim non possidere videatur agrum inferiorem; attamen pallam est, eum possidere per vsufructuarium, & de hoc in iure asseri, quod non possideat, *civiliter* scilicet, animo sibi habendi. §. 4. I. per quas pers. cuique acquir. Creditorem autem antichreticum 3.) admittendum esse facilius concesserim; vtut enim non sit dominus, habet tamen iura dominii in multis articulis iuris, ita vt fere actiones, quae dominis tantum indulgentur, etiam extensae sint ad creditores antichreticos.

## §. IX.

Quae cum ita sint, quaeritur, an qui retractu Non tam  
hoc vti intendit, dominium vel ius simile probare dominium  
& se ita ad hanc causam legitimare debeat? Quod probare debet.  
secundum quid affirmandum esse censeo. Videlicet cum in hac causa dominii quaestio non vertatur

G

princi-

Tantum do-  
mino agro-  
rum hoc ius  
competit.

principaliter, vt in rei vindicatione, sed duntaxat incidenter, vt se ad causam legitimare queat; tali casu etiam sufficit, si modo *quasi dominium seu b. f. possessionem* ostenderit. Hoc vero facili conatu efficere potest. Nam 1.) bonam fidem non tenerur probare, quippe quae praesumitur: 2.) possessio in oculos incurrit nec indiget probatione. Superest ergo tantum 3.) titulus, quem itidem facilime ut plurimum ostendere poterit, vel si etiam id statim forsitan fieri nequeat, iuramento eius committi solet, quod agrum titulo *pro suo* possideat, quia in punctis incidentibus non cunctandum.

## §. X.

*Ad quas loca  
pertineant,*

Altera obseruatio est, quod hoc ius retractus quidem restrictum videatur ad illa loca, quae art. I. des Land-Rechts referuntur, & quibus hoc speciatim datum dicitur; sed nihilominus recte quoque ad alia loca ibidem non relata, applicari possit & debeat, quatenus scilicet eadem ratio in his adest. Sunt vero ea loca quae art. cit. I. non inserta sunt, agri illi, qui vocantur, die Hamm- und Hörner-Länder/ vrbi nostrae admodum vicini, quibus aequae retractus competit, vt ex praeiudiciis obseruauit. Sic enim d. 2. Nov. 1706. ab Assessoribus judicii, quod vulgo vocatur das Noth-Gericht / decisum: In Sachen Hieronymi Jordans Klägers/ contra das Amt der Knochen-Hauer im alten Sörange/ Beklagtes/ haben die Hamm- und Hörner Land-Leute gefunden/ daß das Gehöft des Klägers wieder in den vorigen Stände/ als es vorhin gewesen/ von das Beklagte gebracht/ und die Scheide aleichfalls in den vorigen Gränzen reduciret werden soll. Woll-

te

te Beklagtes es denn hiernechst verkauffen/ so soll es schuldig seyn/ solches vorhero dem Kläger als seinen Nachbahren anzupraesentiren / mit Erstattung der Untosten. Pari ratione anno 1652. d. 23.  
Mart. haec sententia iata:

In Sachen Johann Bostelmann Kläger/ contra Johann Spizenberg / Beklagten / haben die Hamm- und Höerner Land - Leute gefunden/ wird Johann Spizenberg beweisen daß er Klägern vorhero/ das Land zu kauffen anbieten lassen, und daß Kläger das Land zu kauffen nicht begehret/ alsdenn soll der mit Friderich Schulzen getroffene Kauff bey Würden seyn.

## §. XI.

Denique tertia obseruatio est, consanguineos, *An consan-*  
*guineus vicino*  
*praeferatur.*  
 cum vicino concurrentes, merito praeferebantur esse, quamuis aequi illis ac huic res offerenda sit. De hac differentia alias admodum disputant, quatenus in eodem loco vtrumque ius recepturn est. Quidam vicinum praeferunt, quod eius ius sit *reale*, ratione rei concessum; *reale* autem semper potenterius quoquis altero iure censeri debeat. In aliam sententiam iuit B. STRYK. cit. tr. diff. VI.c. 3. §. 25.; neutri scil. praeferentiam indulgens, sed vel praeuenientem tantum audiendum, vel in re ambigua sorti rem committendam, existimans. Ego vero iudicium meum de hac decisione *in genere* prolatu suspendo, & tantum quaestionem secundum *art. 5.* des Land-Rechts examino atque resoluo. Multum alias in verbis statuti operatur *ordo personarum* ad idem ius vocatarum; quem si in adducto textru intueor, primo

G 2 nomi-

nominantur *Bader* und *Moder* und de negsten  
Fründen / deinde vero, de negste *Naber* / da he up  
*warter* / id quod non alio confilio ordinatum esse  
arbitror, quam quod consanguineis p<sup>r</sup>ae vicino  
praerogatiua sit tributa, & hic demum ad retractum  
vocatus veniat, si consanguineus rem retrahere no-  
lit *intra duos menses*. His praeterlapsis proximior  
exclusus est, sed non aequ<sup>e</sup> *vicus*, cui, cum de-  
mum post illum admittatur, idem tempus, quod  
primus habuit, concedi debet. *Quodsi* autem pro-  
ximiores statim renunciant suo iuri, statim etiam  
duorum mensium p<sup>r</sup>ae scriptio vicino currere  
incipit.

§. XII.

*Conclusio.*

Nolo autem hic excurrere ad alias quaestiones,  
quae in retractu vicinitatis ab interpretibus iuris  
moueri solent, & quae parum ad hanc speciem,  
quam statutum nostrum tradit, faciunt, in primis,  
cum *ex antea dictis* constet, hoc ius vicinitatis  
proprias suas rationes limitesque, quibus inclusum  
est, habere, & ex adductis principiis queuis  
alia facile decidi posse.

T A N T V M.



1. / Boeknes De iniq[ui]t. et inj[ust]itia actioni. iug[ic]ia.
2. / Joh[ann]e vii Boeknes dey Bructt Galt.
3. / Henr[ic]us De philosophia petri.
4. / Harp[er]it De malle d[omi]ni. p[re]sent.
5. / Xudorici De eff[ect]u penitentie.
6. / Hattl De lethallitate vulnerum.
7. / Qua[est]ionis De vi legi. in praesidium.
8. / Henr[ic]us. De usi ex iug[ic]o. Tri. Velle.
9. / Qua[est]ionis De privilegiis. depositis.  
v[er]bi. C[on]tra s[ecundu]m c[on]stitutio[n]em.
10. / Boeknes De p[er]ilegiis. depositis.
11. / Henr[ic]us. De p[ar]tio affect. in re iug[ic]o. uocada.
12. / d. de C[on]fessio[n]e. baptismo. etc.
13. / Boeknes De n[on]tales. fundamens etc.
14. / Henr[ic]us De una loca. plures p[ro]f[ess]io[n]es. p[re]cepta.
15. / Xudorici De p[ar]te. Declaratione.
16. / Qua[est]ionis Missi. Kider.
17. / Philipp[us] von Boedt Uff[er].
18. / Boeknes De iudicis p[ro]cedente & officiis.
19. / d. De Coniuncti. libri.
20. / Zolle De exapt. non numerat. p[er]missio.
21. / Henr[ic]us. De articis. confessione.
22. / d. De fide. p[ar]titione.
- / d. De iug[ic]o. b[ea]titudine.



23. / Michael. De coniubialis.  
24. / Videric de Blenib. summantur.  
25. / W. de brevad. omne rituale. f. 14v. et seq.  
26. / Bockner de poena vir. sibi dicibili. sive iudice.  
27. / Thomas. De presual. f. 10v. et c.  
28. / id. De jure extra somnum et insomniam.  
29. / id. De cimine brigantie.  
30. / Horn de tristitia.

Kd 118.

8.

ULB Halle  
002 174 405

3



VDR





B.I.G.



DISSE<sup>T</sup>ATI<sup>O</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE

FUNDAMENTO  
RETRACTVS DVPLICIS  
IN AGRIS  
HAMBVRGENSIVM  
VSITATI

Occasione art. 61. des Land=Rechts

QVAM  
INDVLTV FACVLTATIS IVRIDICAE  
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

ACADEMIAE PRORECTOR<sup>E</sup>

DN. IVSTO HENNING. BÖHMER<sup>O</sup>

ICTO

POTENTISS. REG. BORVSS. CONSIL. INTIM.  
PROF. IVR. ORDINARIO

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQUE IVRE CAPESSENDI HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

D. XVIII. SEPTEMB. MDCCXXII.

H. L. Q. C.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT

CHRISTIANVS DRESKY  
HAMBVRG.

HALAE MAGDEBURGICAE  
Typis IOANNIS GRVNERI, Academ. Typogr.